

CONRADI GESNERI  
TIGVRINI MEDICI CLA-  
RISSIMI PHYSICARVM ME-  
ditationum Liber V.

Q VI C O N T I N E T

S C H O L I A E T A N N O T A T I O N E S T U M P R O P R I A S T U M E X G R A E  
corum commentarijs breuiter & ingeniose col-  
lectas, in Aristotelis libros:

- |       |                                    |
|-------|------------------------------------|
| I.    | De Meteoris 4.                     |
| II.   | De Anima 3.                        |
| III.  | De Memoria & Reminiscentia .       |
| IV.   | De Somno & Vigilia 1.              |
| V.    | De Insomnijs 1.                    |
| VI.   | De Diuinatione per somnum 1.       |
| VII.  | De Communi animalium motu 1.       |
| VIII. | De Longitudine & Breuitate vitæ 14 |
| IX.   | De Juventute & Senectute 1.        |
| X.    | De Respiratione 1.                 |

O M N I A N V N C P R I M U M S T U D I O S E C O L-  
lecta & diligenter ad Græcum Aristotelis exemplar accommo-  
data, & in lucem edita per C A S P A R V M  
WOLPHIVM Tigurinum  
Medicum:

T I G V R I  
IN OFFICINA FROSCHOVIANA,  
ANNO M. D. LXXXVI.

# CONRADI GESNERI TIGVRINI MEDICI IN ARISTO-

TELIS LIBRVM DE DIVINATIONE  
per somnum, scholia & annotationes.

*In librum de Diuinatione per somnum præfati uncula.*

**H**O MIN E M Christianum decet cum aliâ semper meminisse mortis, tûm præcipue cum natura somnum molitur: quæ affectio velutî imago que-  
dam, meditatio & mysterium mortis est, sicut diximus. Et quoniam so-  
mno varia accidunt insomnia, alia mala & turbulenta, alia bona & placida, alia  
mediocria. Bona sunt, vel corporis ratione, quæ bonam eius valetudinem & tem-  
periem moderatam sequuntur vel animi, quæ diuinitus mittuntur: mala simili-  
ter, vel corporis, quæ male constituti corporis partim signa, partim effectus sunt:  
vel animi, quæ aut nostras cupiditates prauas sequuntur, aut à dæmonibus im-  
mittuntur, qui ne in somnis quidem hominum salutis insidiari cessant. Medio-  
cria, vt in quibus actiones diurnæ repetuntur. Hæc quoniam ita se habent, vt &  
sua uiter dormiamus, & vel nihil vel placide somniemus, non solùm valetudinis  
sue ac victus ratio habenda est cuique commoda, plenitudo, crapula, otium fugien-  
da: vt bona corporis ratione somnia videamus: sed propter animi quoque bonum  
preces ad dominum Deum fundendæ, vt nos etiam dormientes custodiat, ne vli-  
lis cupiditatibus prauis inquinemur; neque satanæ temptationibus subiçiamur.  
Quod siue in oratione, vel quauis meditatione pia somnus obrepatur, spes est so-  
mnia quoque, si quæ sequentur, fore bona & placida. In animum enim nihil boni  
meditantem, & nimis securum ceu vacuam possessionem, facile se insinuat, & in-  
uadit Satan. Item si corpus alimentis non repleatur, si pinguia, si varietatem &  
delicias cibi ac potus declinemus: non corporis tantum valetudini, sed etiam so-  
mno insomnijsque suauioribus fruemur, & animum à cupiditatibus carnis magis  
vacuum tum vigilantes tum dormientes habebimus.

Insomni- orum	Subiectum, phantasia, vel sensus primus quatenus imaginatur.
	Obiectum, imago à quoque sensu externo impressa, & in somno ad primum sen- sorum deriuata vna cum calore, sanguine & spiritu interiora petentibus.
	Causa efficiens, phantasia percipiens istas imagines.
	Causa formalis, ipsa hæc imaginum inspectio tanquam rerum ipsarum, non tan- quam imaginum.
	Causa finalis, nulla. fuit enim ex necessitate materiae quæ naturalia dicuntur so- mnia. illorum verò quæ supra naturam immittuntur finis aliquis dici potest.
	Causa continens, ipse somnus. hoc enim presente fuit, aut fieri possunt, absente non possunt.

*De Somnijs & Insomnijs memorie causa annotationes,  
suo quæque loco querendis.*

Insomnium quid propriè. Vide Cælium Calcagninum 1034. Quare item  
somnium apud eundem.

Quirinus post medium noctem visus cum somnia vera, Horat. Serm. I. 10.  
Somnia ab Ægrotis captari solita in Æsculapij templo, Cælius Rhodi. 1038.  
Diuinatio per somnum, vide οὐειέπλαντον, & οὐειέγνη apud Suidam usque ad  
θρηθλωμα. Vide etiam Lexicon Stephani, in ὑπνός, ὑπνία, ὑπνός, ὑπνός, &c.